Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

fratris tui. Lucas ibidem. Omnia quecunque multis ut
fiat vobis, et vos facite sic.
Marcus in Euangelio. ca. dom. parem habet sit nos.
Lucas in Euangelio. ca. dom. Date nil inde spe
rantes, et erit merces vestra multa, et eritis filii
altissimi, qa ipse benignus est super ingratos et malos.
date et dabitur vobis.
Johannes in Euan. ca. xiii. Si ego lavi pedes vestros
magr et dns, et vos debetis alter alterius pe
des lavare. Idem xiii. Pacem relinquo vobis
et pacem meam do vobis. Idem. do. Maior autem
dilectionem nemo habet ut animam ponat quis pro
amicis suis. Ait ihus. hoc mando vobis, ut
diligatis invicem.
Jacobus Epla. prima. Nolite alterutrum vos detrahere.
Petrus prima. ca. v. Omnes honorate, fraternitatem
diligite. Idem. ca. iii. Caritas operit multitudi
nem peccatorum.
Johannes epla. prima. ca. ii. Qui diligit fratrem suum in
lumine manet, et scandalum in eo non est. q autem
odit fratrem suum in tenebris est, et in tenebris ambu
lat, et nescit quo eat. qm tenebre obcecaverunt
oculos eius. Idem iii. ca. Qui habuerit substantiam
huius mundi et viderit fratrem suum necessitatem
habere, et clauserit viscera sua ab eo, quo caritas
dei manet in eo? Filioli non diligamus verbo neq
lingua sed ope et veritate. Idem iii. ca. diliga
mus invicem, qm caritas dei ex deo est, et omis qui
diligit fratrem ex deo natus est, et agnoscit deum, qm
deus caritas est. Ibidem. deus caritas est, et qui
manet in caritate in deo manet, et deus in eo.
Ibidem. Si quis dixerit diligo deum et fratrem suum ode
rit mendax est. hoc mandatum habemus a deo,
ut qui diligit deum, diligat et fratrem suum.
Paulus ad romanos. xii. Dic i uno corpore multa
membra habemus, omnia autem membra non eundem
actum habent, ita omnes corpus sumus in xpo.
Singuli autem alter alterius membra.
Idem xiii. Qui diligit proximum suum legem implevit.
Nam non adulterabis, non occides, non furaberis,
non falsum testimonium dices, non concupisces rem
proximi tui. Et si qd est aliud mandatum in hoc verbo
restauratur. Idem prima ad corinthios. ca. xiii.
Si linguis hominum loquar et angelorum. Caritatem
autem non habeam, factus sum ut aes sonans.
Caritas patiens est, benigna est. non emulatur
non agit perperam. non inflatur, non est ambitiosa,
non quaerit que sua sunt, non irritatur, non
cogitat malum. non gaudet super iniquitate. Con-

gaudet autem veritati. omnia excusat, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.
Idem ad galatas. vi. et fi. alter alterius onera
portate. operemur bonum usque ad omnes maxime autem
ad domesticos fidei. Idem, ephe. iii. ca. loquamini
veritatem unusquisque cum proximo suo, qm sumus in
invicem membra. Omnis amaritudo et ira indignatio et
amor et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia.
Estote autem invicem benigni misericordes donantes
invicem. Idem ad colossenses. iii. et. pe. Nolite
mentiri invicem. Caritatem habete, qd est vinculum
perfectionis. pax xpi exultet in cordibus vestris in
qua et vocati estis in uno corpore.
Idem ad thymo. ca. v. Si quis suorum et maxime
domesticorum curam non habet fidem negavit et est
infideli deterior. Idem ad hebreos. xii. Pacem
sequamini cum omnibus in sanctimonia, sine qua
nemo videbit deum. Idem xiii. et fi. Beneficii
et communionis nolite oblivisci. talibus enim
hostiis promeretur deus.
Cassiodorus de Caritate dei. ca. xxdom. Omnium
radix est caritas.

De elemosina. capitulum. xx.

Psalmista. ps. xl. Beatus qui intelligit super egenum et
pauperem in die mala liberabit eum dns.
Salomon in proverb. ca. xiii. Qui miseretur pauperis
beatus erit. Idem. xdom. Qui despicit pauperem
exprobat factori eius. Idem. xdom. Fenerat
dno qui miseretur pauperis, et vicissitudinem reddet ei.
Idem. xxi. Qui obturat aures suas ad clamorem
pauperis et ipse clamabit et non exaudietur.
Idem. xdom. Qui dat pauperi non indigebit. Qui
despicit deprecantem substinebit penuriam.
Idem in Ecclesiastico. vii. ca. Bonum est te substentare
iustum sed ab illo non subtrahes manum tuam.
Job vsque. ca. iii. Et subtra tua fac elemosinam, et no
li avertere faciem tuam ab ullo pauperi. Ita enim
fiet, ut nec a te avertatur facies dni. Quod pote
ris esse ita misericors. Si habes multum largiri
abundanter tribue, si exiguum fuerit et exiguum li
benter impende. minus est habere thesaurizare enim
in die necessitatis. Elemosina ab omni peccato et
a morte liberat et non patitur animam ire in tenebras.
Fiducia erit coram summo magno deo. Elemosi
na omnibus facientibus eam. pane tuo esuri
entibus, et egenis comedat, et de vestimentis
tuis nudos tegas. Idem. ca. xi. Elemosina
a morte liberat, et facit invenire vitam eternam.
Isaias. ca. lviii. Eximes panem tuum
esurienti, et egenos vagosque duc in domum tuam. Cum vide-